

EDOCERE MEDICOS

Berettini, Pietro

Tabulae Anatomicae, Roma, 1741

(Descrizione fisica [4], 84 p., XXVII c. di tav. calcogr. : ill. ; fol)


Biblioteca Teresiana Collocazione XXXIX.F.1

Pietro Berrettini da Cortona (1596-1669).

Le Tabulae anatomicae a celeberrimo pictore Petro Berrettino cortonensi contengono ventisette tavole incise su rame ed attribuite a Pietro da Cortona; risalgono 1618 e pubblicate a Roma nel 1741 da Gaetano Petrioli, chirurgo ed anatomista romano della corte sabauda di Vittorio Amedeo II. Da segnalare che sul frontespizio, alla base destra, appare un uomo che abbraccia un agnello fasciato dal collo del quale parte un tubo che si raccorda con una vena della piega del gomito. Sul basamento marmoreo si legge Trasfusio. Si tratta di un chiaro riferimento alla trasfusione animale-uomo con riferimento alle esperienze del medico romano Giovanni Guglielmo Riva che per primo in Italia le praticò.



PROMOSSO DA:



IN COLLABORAZIONE CON:



CON IL SOSTEGNO DI:



THE A. B. U. L. A.

AMERICAN

AND FOREIGN

REVIEW

OF THE

PROGRESS

OF THE

RELIGION

AND

THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE



T A B U L Æ A N A T O M I C Æ

A CELEBERRIMO PICTORE
PETRO BERRETTINO CORTONENSI

Delineatæ, & egregiè æri incisæ

NUNC PRIMUM PRODEUNT,

ET

A CAJETANO PETRIOLI ROMANO

Doctore, REGIS SARDINIE Chirurgo, publico Anatomico,
& inter Arcades ERASISTRATO GDO

Notis illustratæ.




Impensis Fausti Amidei Bibliopolæ in via Cursus.

R O M Æ. MDCCXLI.

Ex Typographia Antonii de Rubéis apud Pantheon in via Seminarii Romani.

SUPERIORUM PERMISSU.





STUDIOSE LECTOR.



Uid utilius, quidoe præstantius homini homo parare poteram, quam hominem ipsum in suas, quibuscumque conflatur, partes, proficua, ut ita dicam, immanitate discissum? Nimirum cum instituendis in iudicii rectitudine animis suæ sint artes, & illæ ab objecti ingenuitate præcipuum juremeritò præ cæteris locum obtineant, servandis corporibus utilissima anatomica accedit facultas, quæ formantis artis animum dextra dextram conjungit, ut unaquæque laudem hanc sibi vindicet, quod indiviso consilio, divisâ licet operâ servare hominem studeant. Discissum igitur tibi hominem ante oculos statuo, ut absoluta partium compage, hominem discas, & cum tibi medica arte restituenda in vicentibus compages sit, non fibrâ pro fibrâ cures, non à casu opem exposcas, quare nonnullorum reponas & tu exempla, qui cum vix à limine anatomicam artem salutaverint, agrotantium nihilominus damno Medicorum nomen injuriâ afficiunt. Quantum eximè tabularum Auctoribus Respublica debet Medica, qui durissima operâ, magnisque impendiis facillimam aliis straverunt viam, ut nullâ operâ, nullo impendio, eam in paginis structuram humani corporis intuerentur, quam Natura artifex in ipso corpore elaboravit? Atqui Auctoris qui has Tabulas confinxit (nomen ignoratur) sed cedere omnem penè laudem ex integro, videtur Auctor, eximio Viro Cajetano Petriolo Romano, qui plurimis Principum curis tum in alma hac Urbe, cum exteris in Regionibus Neapoli præcipuè, Bononiæ, Taurini &c. gloriosum sibi nomen quaesivit, quique diutinis corporum seccionibus, multis à se editis de Re Anatomica libris, & Eustachianis præsertim tabulis illustratis, Auctoris hujus tabulas commentariis ornavit, ut quæ oculos hucusque detinebant, Studioforum mentes erudirent. Vale.

FAUSTUS AMIDEUS.



TABVLA. I.



PRIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Communibus detractis tegumentis, Peritissimus Anonymus Auctor visendas proponit in hac prima Vasorum figura sanguiferorum, nervorumque diramationes per eos solummodo musculos disseminatas, qui in extrema corporis superficie collocantur. Ad Iconis tamen venustatem, eam in Capite tegumentorum partem relinquere voluit, quæ Occiput *D*, obteggit: detracta, quæ frontem *✱*, Mentum *A*, Genas & tempora ****, sinciput *C*, coronale *B*, inferioremque maxillam circumsepit; *✱* ut nervi duri auditorii *α*, portio per genam disseminata conspiceretur.

Deinde vero extremas nervorum cervicalium diramationes, per anteriorem juguli partem, & clavicularem situm *a*, humerique summitatem dispersas exhibet in thorace sub *x q e*: quarum ea, quæ ponè aurem conscendit, in plures divisa ramos, & cum descripta duri portione conjuncta est, reverberiva dicitur, sive recurrens. Exhibet pariter, & pectorales majores *FF*, Mammæ *GG*, Sternum *H*, ejusdemque finem *I*, cui ensiformis aptatur cartilago. Delineat etiam obliquè descendentem musculum *KK*, ab anteriori ejus parte separatum, ut lumbarium, ac intercostalium nervorum ingressus, in ejus substantiam conspiceretur, obliqui descendentes externa portio *V*, exprimitur à membranis omnibus separatas cartilagineas quatuor *ss ss*, quæ legitimarum costarum novissimæ sunt, nec non & mendosæ *TT TT*; ac postremò supra obliquum ascendentem musculum, eas ipsas delineat nervorum extremitates *nn nn*, &c., quas in læva parte obliquum descendentem musculum artificialiter revolutum perforare conspeximus.

His in abdomine adjacent sinister musculus rectus *L*, cum suis tendinosis inscriptionibus *1 2*, obliquus ascendens *M*, lumbaris nervus qui ad pudenda vergit *n*, Scrotum *u*, ac inguinales glandulæ copiosa adipis quantitate circumductæ. *ss*

In supernis artubus primò conspiciendi sese offerunt Deltoides musculi *EE*, Biceps dexter *N*, sublimis, sive perforatus *O*, pronator longus *P*, radius internus *Q*, ac cubiteus internus *R*, quibus omnibus, tum venosæ *r*, tum nervosæ diramationes superstruuntur, uberi sane, copiosaque serie. Et quidem ex nervis ille, qui in dextero brachio ad cubitum usque decurrit, unicuique, tenuisque truncus *p*, ab infimis nempe, licet occultè, cervicis proficiscitur vertebra; ab ejusdem vero mediis derivantur *BB*, quæ in dextero brachio ad Carpum usque exporriguntur, quæque in sinistro cubiti flexuram *B*, attingunt: ac tandem à cervicalibus omnibus, hinc inde anastomizatis promanant, tenues illæ diramationes *p q*, quæ in lævo brachio sunt distributæ ad digitos. Assillaris vena in cubito diramata *P*, & umerariæ conjuncta, *o, s*.

In infernis tandem in artubus exhibentur nervorum illæ propagines ***** in sinistro femore supra membranofum musculum repentes: easque ab interna etiam ejusdem musculi facie prospici posse curavit. Ut eas ostenderet auctor; eundem membranofum in dextero femore è proprio situ sepa-

TAB. II.



SECUNDÆ TABULÆ ³

FIGURA PRIMA.



Upernis aliquot Musculis, quos in præcedenti Tabula ostendat, à naturali situ separatis, penitiores alios cum profundioribus nervorum Vascularumque diramationibus ostendit in hujus secundæ Tabulæ prima Figura. Aperit siquidem frontalem musculum sinistram *A*, Buccinatorem *B*, superioris labii elevatorem *D*, Zigomaticumque pariter elevatorem *C*, quæ totidem correspondent inferioris labii depressores alii *F*, & *G*, & etiam sinistram glandulam parotidem *a*, durum auditorium nervum *n*, ejusque rami supra mandibulæ integumenta reclinata *I*, dispersum: Nec non & hiatum *H*, per quem salivæ deducitur meatus.

Exponit deinde Mastoideos musculos *KK*, Pectorales majores *LL*, obliquos descendentes *MMM*, à costarum Cartilaginibus *ssssss*, ad pubem usque diductos: productum pariter obliquum ascendentem *NN*, non modo ut, quæ in propriam substantiam infiguntur intercostalium, ac lumbarium Nervorum diramationes innotescant; verum etiam ut videantur & aliæ *ssss* &c. quæ supra Transversalem *PP*, tenduntur. Detegit tandem prædictorum musculorum concursus tendinum *OO*, in lineam albam *☆☆☆☆* &c.

Hinc in humero observat Lector Deltoides *RR*, Bicipitem dextrum extra situm, vel revolutum, sinistram in situ apparet *SS*, horumque dexter ut magni brachialis nervi appareret progressus, à proprio situ, ut diximus exquisitè fuit separatus. Observet etiam extensorem longum *b*, extensoremque brevem *c*, ex quorum tendinibus Olecranon, seu exterior ulnæ apophysis amplectitur. Perspiciat in radio pronatores duos brevem scilicet *d*, & longum *aa*, necnon & Supinatorem pariter longum extra situm reclinatum *V*, per cujus longitudinem magni Nervi brachialis ramus excurrit. His adstant Carpi muscoli, initium flexoris pollicis *v*, ac radius externus *f*, internusque *Z*: Ad sunt & alii volæ manus, digitorumque proprii, scilicet eorumdem extensor magnus *e*, & sublimis sive perforatus, *T*, deindeque palmaris longus *X*, cujus tendinosa expansio * diducta fuit ad demonstrandum extremas brachialium nervorum diramationes.

Animadvertat Lector uberem sanè nervorum seriem: & primo nervum brachialem medium *ε r*, qui leves aliquas adjacentibus musculis diramationes impertiens, ad extrema usque digitorum latera sinistra manus *u*, pertingit. Pariter nervosum axillarem ramum *δ* in olecranon sepultum in dextro, nec non & furculum alium ab ipso sinistro cubitu emergentem *K*, & ad Carpum usque in extrema parte propagatum.

Sanguineas postremò notet diramationes per Articulum ipsum dispersas; Axillaris mediæ profundæ soboles est *ε*, quæ magno nervo brachiali, dextro subtenditur, & humeraria, vel cephalica in summitate cubiti *δ*. Axillaris venæ superficiales ramos *u*, tandem quas communes superficiales, seu salvatellam appellare nonnullis arrisit, in Metacarpo sinistro *rr*

TERTIÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



Usculis aliquot abscissis, Abdominisque Visceribus omnibus ablatis penitiores etiam alias Nervorum diramationes ostendit. Temporum Ossis foveam denotat *A*, in qua temporalis insigitur Musculus ablati, Palpebrarum orbicularem ostendit *B*, vero Zigomaticum supra labrum reflexum *C*, ut subjectæ Nervorum apparerent diramationes, quinti Nervorum parvis ramus est, ab ejus, superioris Mandibulæ, ossis, quod Palatum constituit, egressus foramine, *e*, verò Duri auditorii est portio, quæ a temporalis ossis emergens meatu, non unico tantum ramo *r*, sed duobus etiam aliis inferioribus, cum Gustatorii diramationibus, in complexiones, inosculationesque varias exactè partitur. *D*, Inferioris labii depressorem musculum exhibet *E*, Mastoideum in situ sinistro *s*, Cervicalium nervum superficialium per Deltoideum, & Acromion variis furculis hinc inde diramatum *F*, Pectoralem majorem dexterum suo in situ. Diductum vero sinistrum exhibet *F*, ut subjectæ partes in conspectu adessent. Scilicet Brachialis Nervi ganglius *g*, cum suis propaginibus, quarum una *D*, in tres divisa furculos, per subjectos musculos ludit: Tenuis altera *n*, supra eundem diductum fertur Pectoralem. Altera quo tenuior ad Pectoralem minorem exporrigitur *g*. Quemadmodum ut viderentur etiam *Q* Intercostralia Nervorum soboles, per Humerum ipsum, subtensoque Thoracis Musculos, disseminate. Quin & Pectoralis minor *H*, ossæque subjectæ Costæ *1111*, suis cum cartilaginibus *111111*, quarum tres tantum in dextero latere conspiciuntur *111*: Utriusque tamen loci postremæ accurate quidem *aa*, notantur, ut verarum Costarum ultimas esse innotescat.

Qui ab Axilla ad Abdominis usque extremum propendit veluti Carneus panniculus, integumentorum partem esse facile crederem, in quam nonnulli Intercostralia nervorumque rami *T*, emergunt, & Brachiales etiam in *K*.

Mucronatam tandem signat *a*, cartilaginem. Abdominis scissos musculos *XXXX*: Peritonei posteriorem superioremque partem *rr*, quæ Septum transversum inferius involvit, ejusque continuationem in dextero latere *T*, signat Psoas musculos *ZZ*, per quorum dorsum primi Lumborum, rami *..* diriguntur ad seminalia, quorum pariter Lumbarium sunt *..*, & Lumbares etiam sunt, qui inter musculos Abdominis sinistros perreptant *1*. Dorsalium vero postrema vertebra *12*: Lumbariumque quinque *1.2.3.4.5*. suis cum interpositis Cartilaginibus ornat; deinde lector supernis in Artubus Deltoides *GG*, Bicipites *LL*, Nervum dexterum *x*, per interiorem cubiti partem diramatum Axillarem dictum. Brachialis vero sinistri in manus dorso propagatas, extremas diramationes *i*, summa arte exquisitas Brachiei interni portionem musculi *S*, Pronatorem longum *M*, ab interno Humeri Apophysi recisum, & superius elevatum. Necnon & Radieum externum *O*, Quadratum musculum *N*, Cubiteum pariter externum *P*, Palmarem longum. Radieum internum *R*, Cubiteum internum *Q*.

TAB. III.

FIG. I.



FIG. III.



FIG. II.



FIG. III.



FIG. V.



TAB. III.

FIG. I.



FIG. II.

FIG. III.

QUARTÆ TABULÆ 9

FIGURA PRIMA.



Etis omnibus à Thorace, atque Abdomine partim abscissis, partim elevatis, nonnullisque e proprio situ diductis Musculis, peculiarem Nervorum tum distributionem, tum insertionis modum ostendit. *A* enim Frontalis locus, *K* vero temporalis Musculus in situ, ut supertensas Nervi duri Auditorii extremas diramationes patefaceret. Ostendit etiam superioris labri elevatorem *B*, paululum elevatum, Depressorem

D, Buccinatorem *C*, Masseterem *E*, glandulosque corpora *g g g*, ab ipsis Nervorum propaginibus colligata. Suprema etiam Tragi nuncupata.

Insuper in Cervice reflexus musculus longus Colli *f*, sternique hioideo *G*, sterno Tiroideo *H*, Gangliiformis nervi *b*, Phrenici *q*, nec non & vagi *i*, suis cum diramationibus intra Thoracem *I*, descensum delineat, quin & primarum *n*, Cervicalium ramum. *P*, portio biventris musculi etiam in situ, ad aurem dexteram producta, *o o*, Cervicales nervi tum ad collum, tum ad humerum disseminati, & conjuncti *I*, Cucullaris musculus delineatur, pariter clavicularem principium *1 1*, Pulmones aliquantulum deducti *a a*, Pericardium *b*, Prope canales abscissum, ac Diaphragmati *Z Z*, continuatum. Venam Cavam superiorem *c*, quæ in Axillarem *c*, & jugularem *d*, facessit, Costas *1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* Sterni ossa *8*, Triangularemque musculum *X X*, cum integumentorum adnexa portione *T*, describit.

Hinc post Deltoidis *L*, ac Coracoidei *M*, in proprio situ demonstrationem, internum bicipitis caput *N*, reflexit, ut primarum cervicalium ramum *t*, ad brachieum præcipue internum *O*, ipsumque elevatum bicipitem propagatum detegeret: detegeret & progressum nervi magni brachialis *u*, supra extensorem longum *P*, ac brevem *Q*, & Ramusculi ab ultimis Cervicalibus derivati *a*, Cujus iidem Nervi extremas insertiones animadvertere quisque potest in dicti bicipitis abscissam partem *S*, in pronatorem longum *T*, palmarem longum *V*, ac sublimem *X*, pariter elevatos, & abscissos. Potest & animadvertere in Cubiti flexura illius divisionem; ejusque dexterum truncum Nervi brachialis, & diramationem *r*, sub internum radicum *B*, absconditum. Sinistrum vero supra profundum Musculum *T*, progredientem, ac intra flexores tendines in extrema filamenta distributum, quemadmodum & alium Nervorum ramum *t*, à posteriori humeri parte emergentem, & supinatoribus tum longo *Z*, tum brevi *R*, externoque radio *A*, distributum. Ac demum in lævo brachio extrema Cervicalium Nervorum filamina *ε ε*, sub integumentis assumpta poterit animadvertere; & in dextero, usque ad latera digitorum, cum longissimo Nervulo *r*, qui tendit ad annularem, & auricularem digitum *E*, musculum abducentem pollicem *F*.

Spectamus etiam obvios infernis in Artubus Iumbarium Nervorum truncos *α α*, in duos utrinque, ut in superioribus Tabulis desinentes truncos *B B*, & *rr*, diversa quidem lege, ordineque distributos. Etenim quæ



QUINTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Elliptica Ventrui sectione humerique Musculis omnibus reclinatis, visendos rursus proponit penitiores alias Nervorum diramationes tum in artubus, tum in cavitate ventrii *a*, enim quinti Nervorum paris ramus est supra frontalem sinistram Musculum *A*, reclinatum distributus: cuius Musculi comes *A*, in dextero latere suo jacet in situ. *u*, Larynx est, cui utrinque Mastoidei adstant Musculi *B B*, claviculæque principium *ss*, ac supra sternum ad laevam partem reclinatum triangularis adstat Musculus *r*. Adstat & in thorace dexter pulmonis lobus *p*, in sinistram reflexus partem ut subtensas Nervorum ostenderet diramationes. Ostenderet scilicet Nervum vagum *s*, qui in Cardiacum facessit *d*. Ostenderet gangliiformem intercostalem *r*, per internam Costarum partem diramatum; ac tandem Pleuram *q* (qui cordis situs est) supra Mediastinum revolutam, Diaphragmatique *m*, continuatam; cui immediate subtensus adjacet Hepar *n*, intestinorumque circumvolutiones *oooo*.

Dextero deinde in humero cuius caput est *r*, posteriorem Brachialium Nervorum truncum *s*, exhibet sub longo extensore *E*, excurrentem, ac adjacentibus Musculis propagatum. Aspice præterea illius ramum *p*, supra diductum deltoideum *C*, diffusum. Aspice extensorem brevem nervis *D*, perforatum excurrentem vero *s*. Brachium externum in situ *F*, divisumque per medium Bicipitem *G*. Animadvertatur deinde ejusdemmet trunci nervosi extensio *K*, ut per sublimem Musculum diffunderetur *H*, atque profundum *I*. Diffunderetur deinde in duas alias diramationes, quarum altera *p* supinatori brevi *X*, Radio externo *M*, Pollicis extensori *N*, digitorumque extensoris tribus principiis *L*, & *O*, disperitur. Altera vero *rr*, per eundem profundum *I*, progrediens, in manus tandem dorso intra pollicis, tensorum tendines digeritur.

Sinistro deinde in femore tenues tantummodo lumbarium Nervorum diramationes *n* ostendit in varios ramos; earumque brevior *f* alias ramum superficialiter declinantem in genu usque ad plantam pedis *t*, oblique ludit supra gracilem *l*, semimembranosum *i*, semimembranosum *b*, bicipitemque *g*. Longior vero altera *t* postquam in genu, ac Musculis gemello *c*, ac soleo *d*, diramationes aliquas emisit, ad pollicis usque regionem absumpta conspicitur. Absumptæ pariter conspiciuntur magnorum cruralium Nervorum ab osse sacro prodeuntium extremitates *+*, & *+*, in pollicis deducentem *f*, digitorumque flexorem brevem plantarem *e*, ut appellare arridet aliis.

Dextero tandem in femore diductis integumentis *P*, in quibus tenuis immittitur lumbarium Nervorum propago *s*, vix emergens conspicitur Nervosus ramus *o*, vastum externum *Q*, perforans. Cæteris omnibus in situ suo relictis Musculis Sartorio scilicet *S*, recto *R*, bicipiteque *T*. Vena sinistra cruralis in præfatis nervis distensa *s*. Postremo in Tibia Gemelli dexteri *T T*, abscisso Capite. Suppoplitei Nervi ab osse sacro progredientis truncum *+* exhibet in

TAB. VI.



SEXTÆ TABULÆ

13

FIGURA PRIMA.



PArī equidem superioris Tabulæ sectione, demonstrare voluisse videtur Auctor una cum Sanguifero trunco easdem fere partes in sinistro Thoracis latere, quas in dextero jam exposuerat. Et quidem delineata Nervi duri propagine *a*, supra temporalem reflexum Musculum *A*, delineat Musculum palpebrarum orbicularem *, Musculi frontalis situm *D*, cum glandulosa congerie Tragi *C*, & cutis portione *B*, ac Platismanmiode sinistro *E*: Sternum revolutum *g g*, intercostalium Nervorum propaginibus munitum. Elevavit, sinistrumque pulmonis lobum *d*, supra dextrum *i*, diduxit, ut tum sanguineos, cum nervolos subtensos ductus proponeret. Quantum enim conjicere nobis licet Truncus ille *a*, sextum est Nervorum par, quod tam conspicuum apparet, quod a communibus membranis liberatum per longum fuit dissectum, ut ejusdem Nervi componentia filamina detegerentur. Proposuit deinde Aortam descendente *b*, quæ in Axillarem sinistram recisam *c*, dexteramque *e*, ac sinistram Carotidem *l*, facessit, cui cardiaci Nervi Gangliiformis superextenditur truncus. Proposuit pariter asperam Arteriam *h*, intra annulos cartilagineos, Costasque fractas 1 2 3 4 5 6 7 8 9: tandemque in Abdomine ventriculi superioris orificium *m*, cum innexis intesti-
norum circumvolutionibus *n n n n n*.

Humeri deinde Caput indicat *, ejusque extensionem denudatam *, cui cervicalium Nervorum conspicuus supertenditur truncus *q*. Primarum tamen Cervicalium ramus insigitur *p*, supra Deltoidem elevatum *f*, propagatus. Inspiciantur deinde prædicti *q*, diramationes, quarum nonnullæ super brevem extensorem *G*, diriguntur, nonnullæ verò *r*, in externum brachium *H*, absumuntur. In alijs tandem propagines dispersus absumitur in radii musculos, scilicet in supinatore longum *l*, radieum externum *K*, pollicis extensorem *L*, ac Cubiteum externum *M*, feriato cubiteo interno *P*, indicis extensore *N*, ac brevi portione pollicis pariter extensore *O*, externisque interosseis ***.

Dextero deinde in femore, Membranoso diducto musculo *Q*, una cum lumbarium Nervorum surculo *s*, Musculos omnes in situ proprio depinxit, videlicet rectum *R*, Vastum externum *S*, Bicipitem *T*, Semimembranosum *V*, tribus tantum Nervosis filamentis in inguine emergentibus *T*. Depinxit vero ab ossis sacri Nervis suppopliteum productum truncum dextrum *a*, in duos conspicuos alios dispernit ramos *B*, & *r*, eorumque primus, soleo *, superextensus Gemello transversaliter resecto **, etiam dispergitur. Alter vero *r*, longo digitorum extensori supinato, & post genu reciso *ZZ*, ac pollicis proprio *M*, se se committit, & in metatarso *j*, in externis interosseis extra situm *ε ε ε ε*, qui internis *P Q Q*, superstant divertit.

In sinistro tandem femore lumbarium Surculum *, proponit per Anteriorem femoris faciem propagatum, deindeque internam ossis sacri propaginem nervorum *, ostendit, quæ in femore sub tricipite *X*, ac seminevrosô percurrit *y*, postremo tibiā *n*, patefacit. Et patefacit nervum magnum suralem *Z*.

Petrus. Explanat.

G

H

SEPTIMÆ TABULÆ FIGURA PRIMÆ.



Uperiorum Tabularum pari ferè sectione penitiores alias Nervorum distributiones patefacit. Masseterem muscolum supinatum *A* divellit, inferioremque Maxillam *F*, desquamavit, ut quinti Nervorum paris propaginem *D*, quæ ad dentes distribuitur, proponeret. Proponit & glandulam parotidem *C*, Tragi *u*, superioremque labrum *B*, etiam supinatum, nervosæque ornatum diramatione quinti paris.

In Thorace deinde separato a Claviculis *I I*, sterno, visceribus omnibus amotis. Asperæ Arteriæ tubo *q*, reciso, Costisque omnibus *1 2 3 4 5 6 7 8 9* a pleura liberatis in utroque latere gangliiformis Nervi truncum præbet, qui in intercostales facessit *u*. Præbet Esophagum *P*, sexti Nervorum paris propaginibus ***** munitum, quarum sinistra *i* supra ventriculi orificium superiorem *m*, reclinata, renalem flexum *K*, in dextera parte efformat. Præbet pariter ventriculum *n*, inferiorem illius orificium *o*, cui glandulosa quædam corpora adstant *l*, & *i*, a peritonæi forsan Membranis *b b*, separata, adstant & intestinorum circumvolutiones *r r r r r*.

Hinc in dextero humero cujus caput *u*, indicat, extremum vero designat *x*, Cervicalium Nervorum conspicitur progressus. Apparet primarum cervicalium ramus *s*, sub extensore longo *H*, progrediens, & in internum bicipitis Caput *G*, absumptus. Spectatur altera eorumdem Cervicalium propago *B*, ad Carpum usque protensa, quæ longo supinatori *N*, Pronatori pariter longo *K*, radio interno *P*, quadratæ Carni *O*, ac Profundo, sive musculo perforante *L*, adhæret. Apparet tandem postremus truncus nervosus per inferiorem humeri partem excurrentes *r r*, qui ad latus brevis supinatoris *M*, in radio diffunditur, ut in lævo apparet duplicatus brachio sub litera *ε*. In quo sane brachio observetur etiam posteriorum cervicalium truncus *α*, qui in brevem extensorem *Q*, longum *H*, Internumque brachium *R*, distribuitur. Observetur radiceus externus *T*, ab ipsorum brachialium ramo perforatus, & quo tenuia producantur filamenta in supinatore longum *S*, Pollicis extensorem *V*, ac indicantem Riolani *X*.

Infernis tandem in Artubus lumbarium Nervorum filamenta depingit: depingit namque superiorem illorum truncum *α* in Sartorium extra situm *g*, rectum *f*, vastum externum *b b*, in dextero tantum femore, in sinistro enim ab huiusmodi liberatur propaginibus, quemadmodum in utroque feriantur feminervioli *ε ε*, nec non in vastos internos *α α*, tricipitesque *c c c*, absumptum depingit, & alterum inferiorem ramum nervosum *α*, ad dictos tricipites, gracileque *d d*, productum. Femora denudata supra genu apparent *s s*.

FIGURA SECUNDA.

INfimo dissecto Ventre, omnibusque ablatiis intestinis, quæ illis subjiciuntur visenda proponit *A A*, diafragmatis abscissa portio est *B*, Hepar, cujus
lini-

TAB. VII.

FIG. I.



OCTAVÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



Superioris Tabulæ non longe diversam sectionem instituit, ut eorundem fere Nervorum, ac præcipue thoracis complexiones, inosculationesque varias detegeret. Hinc in facie, ut quinti Nervorum paris propagationem *B*, in superiore labrum absumptam proponeret, labrum ipsum *A*, separavit, supinavitque, necnon inferiorem maxillam *C*, a mento *D*, disjunct, ut lateralis etiam linguae pars in conspectu adesset. *E* Parotis est glandula. Cartilago tiroidea *F*, Aspera arteria in thoracis ingressu *G*, recisa, ut subtensus esophagus *H*, multis vagi propaginibus *a a*, ornatus pateret. Carotis dextera *K*, paterent & Trunci Gangliiformis Nervi *B B*, ad unasquasque costas distributi. Hinc Venæ cavæ *I*, in thoracem ingressus conspiciatur, conspiciatur Meseraicus plexus *z*, atque renalis *Δ*, in renem ipsum *X*, sese absumens. Conspectus ventriculus *V*, renalis tum dextera *Z*, cum sinistra *z*, capsula. Arteria magna *T*, sub diaphragmate amputata. Hepar a naturali situ divulsus *z*, intestinorumque naturales circumvolutiones *a a a a a*.

Post hæc ultimarum cervicalium Brachialium truncum *i*, depingit in humeri & musculos deltoideum nempe *L*, brachieum externum *N*, brevemque extensorem *M*, propagatum divisum vero in radio in duos conspicuos ramos, quorum exterior Supinatori longo *T*, superextensus multis ramulis in radicem externam *Q*, Pollicis extensorem *P*, ac digitorum *R*, externumque cubitum *O*, propagatur: seriato cubiteo interno *S*, quem profundiorum brachialium diramationes aliæ pertingunt.

Postremo ad infernos artus descendendo tum lumbarium, cum ossis sacri diramationes, & truncos nonnullis a proprio situ divulsis musculis patefacit. Patefacit in anteriori facie dexterum femur cujus superior pars est *Q*, inferior vero *T*, lumbarium diramationes *E*, in Petineum. Rectum *c*, vastum externum *d*. Femorem *e*, (dempto vasto interno *b*) distributas. In posteriori vero utriusque femoris facie ossis sacri cruales nervos tum dexteros, tum sinistros *u u*, vastumque internum *O*, ostendit, qui in eodem dextero femore bicipiti *b*, subteni; & tricipiti *i*, & gracili, *f*, & seminervoso *g*, filamenta impertiuntur. In sinistro vero femore sub tricipite *m*, & semimembranoso *n*, extensi in tibia *u*, tandem facessunt in musculos suppopliteum scilicet *p*, gemellum *q*, atque soleum *r*, suralem nervum *o*. Tandemque malleolus observetur externus *x*. Observentur muscoli abducens *s*, adducensque *t*, pollicis. Ac in dextera tibia peronei postici recisa portio *l*, observetur una cum extensorum digitorum tendinibus nervisque *k*, in metatarso.

FIGURA SECUNDA.

Extis omnibus per sectionem ovalem, ut pulchrè aspiciantur partes naturales, delineatis *a a*, ab abdomine recisis reclinatisque, necnon Hepatis *b b*, gibba, cavaque *c c*, facie cum sinistro ligamento *e*, venaque portæ *f*.
Deli.

TAB. VIII.

FIG. I.



TAB. IX.

FIG. I.

FIG. II.



NONÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Trumque ventrem, medium infimumque, cum plerisque visceribus sejunctim reclinatis ob oculos ponit, ut exinde suo in situ, sive illinc submotâ sanguifera quædam vasa, nervique, & musculorum portio in articulis sita appareat.

A Musculus Mastoydæus sinister suo avulsus principio in pectoris summitate, *n* Nervi duri ramus ipsi musculo superincumbens, *o* Ramusculus alter auditorius retro aurem du-

rus in fine Mastoydis protensus, *III* Parotidis glandula in tres veluti partes distincta, *m* lobus auris inferior, ubi Nervi duri ramusculus adnectitur cum fibris, *b* Massateris musculus, seu molitor suo in situ spectandus, *i* Nervi duri appellati musculum buccinatorem subeuntes, *f* exinde Zigomaticus musculus, seu labii superioris levator, *g* & qui inferioris labii depressor audit, sese offert, *B* aspera arteria dum Thoracem ingreditur, recisa in anteriore parte colli, *C* Stomachus, seu Exophagus pariter recisus, & asperæ arteriæ subiectus. *p.p.* Primores hæc sunt duæ costæ nervis gangliiformibus proximæ, quibuscum aliæ etiam nudatæ ossibus, secus spinam ab anterioribus Cartilaginibus sejunctæ apparent, ut nervorum ipsorum ingressus in intercostales prospiciatur *q* dexter intercostalis nervus sinistrorsum reclinatus, parique suo dextrorsum adnexus, & supra vertebrarum basim, & cartilaginosa ligamenta transiens.

Venam portam per Omentum, Mesenterium &c. propagatam *N*, in prospectu habes, *D d d* Arteriæque mesentericæ ramos a Mesenterii adipe pro parte divulsos, *M M* Portio Mesenterii hæc est, quam ad alliganda intestina proxima spectare scimus. *L L L L L L* Hæcque intestinales complicationes naturali a situ dimotæ, *H H H H* Tela Omenti anterior, & inferior, quæ ad intestina obtegenda dilabitur, *G G G G* Ventriculus extra situm inanis elevatus, ne latus ejus, quod vertebriis adheret ob oculos non ponatur, *S* Superius stomachi orificium, *E* & vena emulgens sinistra, *F* & emulgens arteria renibus direpta, superque intestina, & mesenterium injecta, *r* conspicuus ramus gangliiformis in plexum renalem distentus, *u u u u u u* Nervos hic gangliiformes, mesentericos vide pro parte adipe mesenterii donatos, *III* pro parte illo nudatos, *I* & Ren dexterum, & assabre delineatum ad dexteram modicum elevatum, omnique involucri expoliatum, *O* Occurrit & hic urinaria velsica, sive ejusdem fundus * * *, & limbus ab abdominis muscularis Ilium secus, pubemque recisus &c. *P* Deltoides musculus antè ab humero recisus, sursumque suo cum tendine pergens, ut nervi eminent, *Z* Nervosus hic cervicalis, brachialisque est ramus, qui posterius per fibras suas expanditur, *T* & hic musculus extensor longus in suo situ videndus, *Q* uti & hic extensor brevis extra situm exhibitus, *K R* Visuntur Musculi brachiei interni, *S* Biceps sinister modicum interius admotus, ut melius appareat *T* Nervus alter cervicalis exterior brachialis per humerum transversim in interna ejusdem parte diffusus apparet, *x* aliisque Cervicalis brachialis nervus

TAB. X.

FIG. I.

FIG. III.

FIG. II.



DECIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Bductis duorum ventrium visceribus, situm in ipsis nervorum, gangliiformium, intercostalium vulgo, progressumque ostendit, a quibus nervus plexus renalis effingitur; Brachiales insuper, & cruales nervos aperit, qui in articularum musculis inseruntur.

A. Jam Masseteres musculus ab infimæ mandibulæ processu coronoide avulsus, versusque tempora elevatus patet, *B* labium id supernum est, & inversum, ut quinti paris in illo processus ostendatur. *C* Biventer musculus in situ suo, *y* ejusdemque biventris extremitas. *s* Conspicius quinti paris nervus, seu gustatorius primus, qui ramosus progreditur per maxillæ centrum ad dentes, eorumque alveolos, quare illius superficies abrasa exhibetur, *b* Parotidem glandulam habes velaminibus exutam, ut complures in ea plexus juxta ipsius situm conspiceres. *D*, inque situ musculum sinistram Mastoideum *i*. Laringem quoque, aut asperæ arteriæ caput, *E* ille musculus Jotiroideus est. *t* Ille Coracoideus, *G*. Scalenusque musculus. *q* & latera dorsaliū vertebrarum apparent, unde gangliiformes nervi expanduntur, & per intercostales vertebrae excurrunt. *5. 6. 7.* &c. costæ sunt legitimæ simul, & spurix, infractæ, parteque sterni anteriori submotæ, cui cartilaginum opera alligabantur. *uuu* Mirabilis ipsorum gangliiformium nervorum congressus, qui ad lævam postremarum, quæ mendosæ audiunt, costarum oblique reflectentes, & copulati supra lumbarium vertebrarum planum, in multos abeunt ramos Ipogastrii cavitatem versus tendentes, *nn*, peritonei tela, suæque intima facies, *aa*, lumbaræ, seu Psoas musculi ad dexteram cum minori Psoas exhibito. *a* Adiposa hæc est portio supra infraque lumbaræ ipsos reperiri solita. *m* Acromion processus in Scapulæ cervice continuatus. *f* Humeri caput cervici ipsi, & acromion processui compaginatum. *R*. Musculus dorsi latissimus exhibetur in situ, quem ab usu ani Scalptorem vocant. *K* Musculi extensor longus. *I* Extensorque brevis. *H* & Brachicus musculus externus *g*, & Olecranon, quo Musculus anconeus tendit. *r* Ramus hic est cervicalis nervi brachialis alter supra humerum conspicuus, & diramatus. *L* Musculi bicipitis pars in situ monstans. *P* Cubiteus musculus internus, *l* os cubiteum. *OO* Magnus extensor digitorum divisus occurrit, *M* musculus supinator longus, simul & *N* radius externus musculus. *••* Vide majores lumbaræ nervos cruales antè per femoris sinistri, & dextri superficiem variis ramis, *y* &c. excurrentes. *e* Primum caput musculi tricipitis. *T* Alterum majus ipsius caput, seu medium. *Z* Tertium denique capitis caput pariter triceps in situ spectandum. *S* Sartorius est musculus, cujus extremitas interius à tibia discissa est, & ad sinistram reclinata, ut lumbaræ cruales nervi appareant. *X* Musculus rectus. *T* Musculus vastus internus. *V* Vastusque musculus externus. *•* Apparet magnus digitorum extensor musculus, qui etiam gnimodatillius audit, & complures nervorum ramī, nervi magni crualis ab osse sacro procedentis propagines, *k* Crualis nervus

TAB. XI.

FIG. I.



FIG. II.

FIG. III.

UNDECIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Ervos gangliiformes hæc pariter inspiciendos proponit, uti per Thoracem, abdominisque cavitatem diffusi abeunt, cum aliis articularum nervis brachialibus, & cruralibus per musculos disperitis.

A. Et quidem musculus temporalis sinister à temporibus evulsus occurrit, & in labia supinatus, ut nervosa propago à primo gustatorio, *a* seu pari quinto, aut tertio, juxta antiquos, producta prospicua fieret. *B* Vide insuper parotidem in situ glandulam. *C* Musculumque mastoideum, qui ob sterni remotionem, à quo principium trahit ad colli sinistram versus humerum translatus est. *D* Hic musculi cucullaris imago exhibetur a vertebralibus nervis forati per occiput diramatis. *u* Aspera arteria hæc est, *X* *Æ*xophagus, æqualiter, dum thoracem subeunt recisi, *yy* & illi nervorum gangliiformium intercostalium caudices ad stapedis formam lateralis diffusi ad vertebrae inter costas ad hoc infractas, ut illi melius apparerent. *O* dextera gangliiformium ramificatio ad sinistram, & supra lumbares vertebrae complicata. *u* simul & lumbaris nervus spectatur per peritoneum translatus, quique in vertebrae cum gangliiformi ipso unitur. *i* Adeps quoque supra gangliiformes nervos divisus, modicumque reclinatus ad laevam. *s* Offerantur & gangliiformes nervi per adipem ipsum intrusi. *V* Peritoneum inde resectum, & ad dexteram depressum ad hoc etiam, ut cruralis ille nervus de in furculos tres dispartitus, quique ad pubem tendit, oculis subiceretur. *E* Apparet identidem deltoides musculus, in quo conspicuus brachialis nervus discissus absconditur, & & nervus brachialis Cervicalis internus circa ultimas colli vertebrae propagatus, & in cubiti flexum à longo pronatore opertus. *i* Exindeque per intimam cubiti partem pariter diffusus in manus extremæ carpo latens. *En* externum alium brachialem nervum non procul a supinatore longo recisum, *F* en in situ bicipitem musculum in longum a nervo ipso brachiali magno munitum. *G* Hic pronator longus est sive rotundus. *I* Supinator longus suo a principio divulsus. *H* sublimis musculus, seu ab humeri interno apofisi perforatus, direptusque paululumque demissus, ut magnus brachialis nervus ejusque remificationes, quæ illum perforant ante oculos ponerentur. *n* Nervus sinister brachialis per humeri centrum, ejusque musculaturas quatrifariam insertus. *K* Musculus biceps sinister. *N* Extensorque longus à situ deturbati ut quem diximus nervus ostenderetur. *M* Internus brachicus ab humero erga internam cubiti partem in situ extensus, & Brachicus externus, *L* secundum bicipitis caput. *P* Musculus supinator longus in situ. *Q* Radius externus. *T* Cubiteus externus superiori ex cubiti parte totaliter submotus. *R* Pollicis extensor, *S* inque situ etiam extensor indicis. *z* brachiales nervuli per indigitatos musculos abeunt. *i* Nervi etiam brachiales erga carpum abique divisione protracti sub cubiteum internum, ad hoc aliquantulum deductum, *a* Vastus internus in femore. *Z* Rectus in situ suo musculus. *I* Vastus externus, *X* musculi membranosi. *b b* Gemellus

Petrol. Explanat.

P

scus

DUODECIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



Riginta parium nervorum a spinali medulla extra cranium procurrentium prospectum demonstrat.

AAA. Superius exhibetur labium carne nudatum, sursumque deductum, ad hoc ut orbicularis musculus ipsius labii pro parte spectaretur. *a* Gustatorii nervi paris quinti propagines per internam dicti labii portionem profusi, qui ideo nihil submotus est. *B* Externus musculus pete-ricoides aspicitur. *B C* Masseteres musculus extra situm, cum nervosa quinti paris propagine, qui versus mandibule inferioris radices progreditur. *D* Primi cervicales sinistri nervi ad dexteram ipsorum deflexi. *E E* Longi colli muscoli in situ. *F F* Videntur & muscoli cervicales costales. *g* Secunda cervicalium propago ad colli latera inflectens in musculaturę sue usum, uti, & tertia sequens, & facit cum cervicalibus complexum. *Q* Cervicalis quartus, quinto unitus. *n* Vide brachialem primum, seu cervicalem quintum sexto adnexam septimoque æque brachiali per levum brachium elongatis. *I* Septimus est cervicalis brachialis nervus, non modo sexto implicatus, sed primo etiam intercostali pariter brachiali, qui plus, minusque elegantes luculentius articuli superioris tractum ostendunt, inque principis suis complures ganglios, sive nodos formant. *G G* Offeritur deltoidis effigies, seu ipsius situs, *II* & musculorum pars in brachiis dissectis, ut videntibus innotescat, quo modo brachiales nervi in fibrosam eorum substantiam inserantur. *K* Intercostalis nervus usque ad brachium distensus. *L* Brachieus sinister internus in situ. *O* Longus supinator supra externum humeri tuberculum avulsus. *M* Musculus pronator longus, sive teres. *N* Cubiteus internus a sui principio deductus, ut evidentius in eo brachiales nervi excurrentes proferrentur: Varii insuper characteres ad lævam Thoracis juxta spondilia vertebrarum, unde costę infractę apparent sterno eorum remoto, ut nervi intercostales non solum, uti quilibet intra infimam cujuslibet Costę partem extenditur, manifestentur, sed ut quoque doceamur unumquemque illorum palme instar pluribus furculis efformari. *£* Primus lumbaris nervus, qui post ultimam costam spuriam a spinali medulla progreditur, pluribusque ramis partitus per Peritonei membranas ad Hypochondrii latera excurrit. *nn* Secundi lumbaris nervi erga illum exiliter diffusi, quorumque dexter ad femoris quoque summitatem pertingit. *P P* Musculi Soas, in situ, quorum lævus bifariam scinditur in Soas majorem scilicet, qui ab ultima thoracis vertebra trahit initium, & minorem, qui à prima lumborum vertebra nascitur. *r* Tertius lumbaris nervus plura habens principia, quorum dexter à spinali medulla exoritur non modo furculos Soas præfatos facit, sed quarto, quintoque lumbari nervo annexus, ramos extendit per iliacam æque regionem, & in pubem progreditur ad musculum dextrum tricipitem investiendum. *X* Primus conspicuus nervus sacer, cruralis, qui lumbari ultimo copulatus cum ipso una ramosus procedit in Ipopastrum, centrum articuli inferioris pe-

TAB. XII.





DECIMÆ TERTIÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



VT spinalis Medullæ stamina quibus eadem in Nervorum productionem concurrunt, ostenderet, Author, ac delinearet, a medio infimoque Ventre visceribus omnibus remotis, vertebraeque ferè omnibus accuratè diductis, piam duramque matrem ab ipsius medullæ substantia separare, ac in Nervorum exortum tum in Cervice, tum in Lumbis veluti in fasciculum colligere curavit. Curavit etiam temporalis musculi situ, *A* estenso in inferiori mandibula *E* jam alias demonstratam quinti Nervorum paris, ad dentes distributionem iterum exponere. Reflexo ob id musculo masseteri *B*. Inferiorique labio *F* a Mento diducto superiori- que *D*, in quo etiam ejusdem gustatorii primi propagationes, *n* delineantur.

Mastoideis deinde Musculis, *CC* abscissis, primorum præcipuè trium Cervicalium ramos, *a* & *B* qui per Colli musculos disseminantur, præbet. Præbet & reliquos quatuor truncos, *r* *s* & *f* qui ad brachiales constituendos in complexiones, inosculationesque varias concurrunt, quæ sanè intercostalium etiam primus, *N* adnectitur, ac copulatur. Hos sequuntur intercostales duodecim *1*...*12* &c. per Costarum *1* *2* *3* *4* *5* *6* *7* *8* &c. spatia distributi. Sequuntur & lumbares, *1* *2* *3* *4* *5* *6* *7* *8* *9* *10* *11* *12* tandemque ossis sacri nervi, quorum spina a propriis munita vertebrae conspicitur.

Hinc in superioribus artubus, sedula Authoris animadvertatur accuratio, quæ brachialium truncos non ab uno eodemque semper Cervicalium pari originem ducere nos admonet; sed in ipso eodemque homine in dextera parte a quarto, in sinistra verò a quinto Cervicalium trunco primorum brachialium ramum proficisci demonstrat. Quin immò ad ejusdem rami in Deltoidis, *GG* substantiam insertiones ostendendas, eundem musculum in sectiones varias, *HI* abscidit, & a proprio situ sublimem, *K* ut magnum brachiale Nervum profundo, sive perforato musculo, *N* superextensum, & radio interno, *M* quadratæ Carni *O*, Pollicisque adducendi, *P* distributum proponeret. Proponit tandem supinatore longum *L*, ab externo humeri Apophysi nonnihil diductum, ac a posteriorum cervicalium ramo munitum.

Post hæc illium os dexterum *Q* & ejusdem extremitates observentur, seu crista *aa*. Pubis ossa *bb*. Femorum capita *cc*, eorum gibbositates *ff*, atque extrema *gg*. Observetur magnum trochantera *d*, semimembranosus musculi principium *R*. Pettineus. *S* Primum Tricipitis caput, *T* a femoris ossæ separatum. Biceps *V* in exteriorem tibiæ faciem adnexus. Semimembranosus, *X* in oppositam desinens unà cum ossis sacri majoribus truncis *a* musculorum substantia separatis, & tandem magnus cruralis occultatus supra flexorem digitorum, & cum ipso ad plantam pedis diffusus. Sequuntur rotulæ, *b* *b* Fibula *I*, cujus caput est *i*, extremum verò, seu malleolus ex-

DECIMÆ QUARTÆ TABULÆ FIGURA PRIMÆ.



Uetoris equidem studium in præfenti figura non modo fuit ostendere spinalis medullæ in Nervos facessentia filamina, verum etiam docere ipsamet Nervorum paria non uno semper eodemque ordine, constantique methodo ad brachialium præcipue, femorumque ramos producendum concurrere; hoc sanè in superiori etiam Tabula indicare studuit, dum Nervorum complexiones in superioribus artubus delineavit: Illud verò scilicet medullæ stamina insignis jam Eustachius in secunda figura decimæ septimæ Tabulæ accurate depinxit, ut alterius studia, alterum non novisse credendum sit. Vides post labium superius *A*, quinti Nervorum paris munim propagine *a*, post mandibulam inferiorem perfractam diductamque *BB*, ut interna foramina *B B*, cum nervosis propaginibus etiam quinti paris jam alias delineatis depingeret; ac tandem post palatum *D*. Abcissumque mastoideum *C*. Vides inquam septem Cervicalium paria 1 2 3 4 5 6 7. Intercostales 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, Lumbares 1, 2, 3, 4, 5. Ac ossis sacri nervos 1 2 3, ut etiam cum 4 sine pari nervus appareat.

Quo vero ad Cervicales spectat truncos, vides pariter quam diversa superioris Tabulæ disseminentur lege. Primum enim par, quod ab Atlantica vertebra proficiscitur hic cernitur. Cernitur tamen secundum *y*, tertium *f*, quartumque *g*, per colli musculos disperdi, horumque postremum *f*, in dextera parte cum brachialium primo *u*, inosculari. Peculiari tamen animadversione dignum censetur, quod præter reliqua cervicalium paria, *u* primumque intercostalium *c*. Secundum etiam ex iisdem *R*, ad brachialium distributiones complexionesque concurrat, quamvis in idem met ipsum cum cæteris decem *u, t, o, p, q, r, s, v, w, x, y*, inter Costas ipsas 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11, intercostalibus musculis sese disperdi non delinat. Hos sequuntur Lumbares, quorum primi *u*, per peritoneum *NN*. Abdominisque musculos *cc*, disseminantur: reliqui vero *u, t, o, p, q, r, s, v, w, x, y*, diversimode complexi inosculatique anteriores femoris repunt musculos. Sequuntur ossis sacri propagine *u, t, o* invicem adnexæ ad magnorum Cruralium truncos constituendos. Sequitur & ramus sine pari dictus 4, qui per coccigis osseam molem absumitur.

Observerentur interea superioribus in artubus Deltoides musculi *EE*, in propria substantia discissi *FF*, ut brachialium insertiones paterent. Discissi etiam ad eundem effectum observantur Bicipites *GG*, ac in situ supinatores longi *HH*, Riolani indicantes *II*, cubitei externi *KK*, interni que *MM*, supinatores breves *LL*, Cubitorum ossa *aa*. Digitorumque phalanges *bbbb*.

In Infernos vero artus redeundo primo aspectu sese offerunt Lumbarium propagine *u, t* ab Ichiâ *dd*, foraminibus prodeuntes, & supra Pett-

TAB. XIII.

FIG. I.



DECIMÆ QUINTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Communibus a postica Corporis facie detractis velaminibus Nervorum exhibet externas diramationes, quæ per musculos in prima Dorsi superficie collocatos absumuntur. Observentur propterea post Capillatum occiput *A*. Cervicemque *B*. Trapetii figurâ Cucullares etiam dicti *CC*, quorum substantia ab intercostalibus Nervis perforatur. Necnon & filamina lumbarium, non modo per Dorsi latissimum. Verum etiam per Abdominis ossisque sacri musculos distributa.

Post hæc in brachiis ultimorum Cervicalium extremus furculus, et observetur per Deltoidis *DD*. Extensoris brevis *FF*, ac longi *MM*. Superficiem dispersus. Observetur & alius eorundem Cervicalium truncus, sub Bicipitem, *EE* egressus, & ad extensorum tendinem. *LL* Supinatorum longum *GG*. Cubiteum externum *N*. Externumque radicum progredi; *I*, cujus Antagonista, internus scilicet radicus indicatur *H*. in laevo brachio, dispersitus in carpo tandem definit, cumque in metacarpo dextro sequitur salvatellæ *d*, delineatio. Sequiturque in Cubito tenuissimus furculus Nervosus *O*. Cubiteo externo *O*. Cubiteoque interno, *P* superextensus.

A Gluteorum *RR* in extremo, Lumbarium emergentia filamina, proponit, una cum emergentibus majoribus aliis truncis, *SS* quorum dexter per vasti externi Corpus *T*. Sinister vero per Bicipitis, *VV* substantiam excurrit, feriato tamen Membranoso *SS*.

Hinc animadversione dignam censemus Authoris sedulitatem, quæ de inconstanti Naturæ ratione in vasorum exortu progressuque nos admonitos volens, Nervorum vasorumque seriem, à situ suppopliteorum, nunc inter bicipitem. v Vastumque externum *TT*, profilire demonstrat, nunc verò inter dictum Bicipitem, ac Seminervosum, *XX* indicat emergere.

In tibiis tandem post peroneum posticum, *a* ac *ZZ*, *TT* Gemellos, observentur suppopliteorum Nervorum cum furcalibus complicationes *PP* quæ ultra externum malleolum, *cc* procedentes ad Metatarsum usque, digitorumque latera diriguntur. Soleus etiam aspicitur *bb*.

FIGURA SECUNDA.

Superiori dissecta Cranii parte Cerebrum a dura matre circumdatum obvelatumque præbet, in ejusque dextera. *AAA* Sinistraque, *BB* parte, non modo proponit Arteriam, *DDDD* quæ proprio lincipitis foramine emergens per ipsam disperditur; verum etiam tenues alias arteriosas propaggines, *EE* quæ à soporariis propè sellam equinam emergunt, & per anteriorem

TAB. XV.

FIG. I.



DECIMÆ SEXTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



IN laterali Corporis situ extremas exhibet Nervorum propagines in musculorum substantiam absumptas, *B* enim furculus est Cervicalium, qui post Atlanticam prodeunt: ex iis vero qui a tertio prodeunt Apophysi est alius ramus *a*, per colli aurisque musculos distributus. Ac ultimarum tandem cervicalium propago est, *y* diducti Trapectii *AAA*. substantiam repens. Hunc intercostalium, lumbariumque

stamina sequuntur, quorum nonnulla, *xyx*, in dictum Trapectium absumuntur: Nonnulla verò, *xyx*, inter Dorsi longissimum *T*. ac sacrum lumbum *S*. Emergentia in Dorsi latissimi *G*, internam partem *HH*, facessunt.

Hinc peculiari animadversione dignam censemus accuratam musculorum delineationem, qui ad scapulæ, brachijque motum destinantur, *B* enim, Rhomboides est musculus, *D* supra spinatus. *E* Infra spinatus. *F* Rotundus minor. *C* Deltoides. *I* Bicipitis externum caput, *K* extensor brevis, *L* extensor longus. Longusque supinator *M*. *N* Radieus externus. *R* Indicans Riolani. *P* Supinator brevis, *Q* extensor Pollicis, *O* tandem magnus digitorum extensor, extrema cervicalium, ac brachialium propagine fulcitur.

Idipsum infernis etiam in Artubus ostendere curavit, dum musculum membranofum *V*. Glatium majorem *X*. Bicipitem *T*. Seminervofum *Z*. Seminembranofum *a*, delineavit una cum tenui lumbarium propagine *s*. Magnoque nervo suppopliteo *S*, a ramis ossis sacri profecto. Hic in tres alias, ... dispositus propagines, quarum tenuior, *a* per musculorum superficiem ad metatarsum usque producit: reliquæ vero duo sub internum, *c* externumque, *b* *b*, gemelli corpus, Anticumque peroneum delitescunt *d*. Tandem in dextero malleolo ad musculi Solei latus, *e* adumbrat etiam extensorem digitorum in tenuissima filamina distributus, *x* quæ in pollicis deducentem, *f* absumuntur, & Tarsum dexterum Auctor expressit.

FIGURA SECUNDA.

INtra circularem figuram exprimitur pars posterior Trunci secti usque ad apophysos spinosos vertebrarum cervicalium, nec non primorum dorsalium.

Dexterum *A*. Sinistrumque *B*. Trapectium a vertebrarum Apophysi, *E* & *L*. separavit Author, reclinavitque, ut subjecta Cervicalium Nervorum stamina, ... non modo in dictos Trapectios, sed etiam in subjectos splenius, *DC* propagata possent animadverti: in situ sequitur Dorsi Infraspinati, *I*, scapulæ elevator *F*. supra scapularis *G*. ejusque comes Infraspinatus *H*. Videmus apophysos posteriores Colli, & primas dorsi cum suis ligamentis transversis hic delineatis *EEE*, &c.

FIG. 1.



DECIMÆ SEPTIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Posteriori Corporis prospectu musculis aliquot abscissis, aliquot verò reflexis, penitiores alias exhibet Nervorum propagines, quas in superiori Tabula exponere non potuerat Author. Exhibet propterea primos Cervicales *aa*, qui per occipitium disseminantur; necnon & eorundem, sed inferiorum complexiones *a*, exhibet supra sinistram diductum Cucullarem Musculum *A*, qui Trapezius etiam nuncupatur, quas sequitur eorundem propago *y* per reclinati romboidis *C*, internam substantiam dispersa. Sequuntur tandem tum dorsaliū, tum lumborum filamenta *q n r r a n*, splenii *R*, extremum. Dorsique longissimi *T T*. Ac sacro Lumbi *S S*, corpus perreptantia. Necnon & Dorsi latissimum *G*, perreptans Surculus *V*, qui à Dorsaliū Cervicaliumque brachialium inosculatōne, atque concursu conflatur.

Observentur deinde scapulæ elevatorum *B B*, sive musculus Patientiæ, ac supraspinati quorum sinister reflectitur ad Cervicalium brachialium *d* furculi insertionem delineandum. Idipsum etiam in infra spinatis *E E*, & dicti supraspinati *D D*, in situ, & extra situm peregit. Peregit & in rotundo majori *F*, quorum Nervosa propagines *..*, à Cervicalium brachialium truncis proficisci nemo non videt, quæ in rotundum musculum etiam minorem *I*, digeruntur. Alia deinde animadvertantur ultimorum Cervicalium filamenta *x*. Animadvertantur Extensores, Longus scilicet *K*, atque brevis *H*. Bicipitis internum Caput *L*. Nervosa propago *r*, per Olecranon dispersa usque ad Carpum. Pronator longus *M*. Cubitus internus *N*. Externusque *O*. Radius pariter externus *P*. Digitorumque magnus extensor *Q*.

Dextera autem in parte scapulæ circumferentia delineata *m m m*, una cum spina *I*, atque Acromion *n*, quod humeri capite articulatū visendum proponit in radio sublimem *o*. Profundum *u*. Ac supinatore longum *T*, conspicua Cervicalium Nervorum propagine *m*, munitos.

Succedit autem in femoribus tum lumbarium, cum ossis sacri Nervosi trunci delineatio, quorum primi, & sub obturatoris externi Corpus *g g*, egressi Gluteis majori *X*. Minori *V*. Minimoque *I*, induuntur. Reliqui vero nervi crurales *o o*, per femoris musculos recte descendentes, tenues ipsis impertiuntur propagines. Bicipiti nempe *Z Z Z*. Seminervoso *b b*, ac semimembranoso *a a*, feriatis recto *b*. Vastoque externo *f*, quos a lumbaribus nervos percipere superiores Tabulæ indicarunt.

Cervix femoris cum truncanthera majori *i*. Adnotentur, & adiposa corpora *o o*, quæ inter os sacrum, & perineum collocantur.

Dextero tandem in poplite videatur præfatus Nervosus truncus *f f*, sub

FIG. I.



TAB. XVIII.

FIG. I.



DECIMÆ OCTAVÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



On secus ac in superiori Tabula eorum exhibet hæc figura Nervorum distributiones, atque progressus, qui musculos in postica corporis facie collocatos perreptant. Exhibet propterea inferiorum Cervicalium surculum α , per diductam excoriatamque aurem A . Abscissumque elevatorem scapulæ E , dispersum. Exhibet & nonnulla dorsaliū filamenta $\beta \beta \beta$, in semispinatum DD , nonnullaque $\gamma \gamma \gamma$, in sacro lumbi CC , tendines absumpta: in quorum quidem delineatione dextero in latere Authoris nostri sedulitas non suorum modo temporum, verum eorum etiam qui sequuti sunt Anatomicorum diligentiam absque dubio antevertit. His posteriores sequuntur vertebrarum apophyses $2 2 2 2$ &c., diducta Latissimi Dorsi F , carnosa moles. Musculus elevator scapulæ in situ B , in qua a musculorum omnium mole liberatam, delineat Author mediam rr , extremamque partem X , necnon spinam ss cum Acromion tt , atque Cervice uu , cum quibus humeri caput yy , articulatur.

Hinc in laevo brachio musculus animadvertatur rotundus major HH , axillarium propagine nervosa δ fulcitur, à cujus extremo altera n , emergit per brevem extensorem G dispersa, emerguntque aliæ duæ majores ϵ & ζ , quarum prima extensori longo l superstrata, descendere tandem inter Cubitum z , internumque radieum M , ad Carpi usque flexuram aspiciunt. Altera vero t per Bicipitis K , corpus fertur donec radiei interni i , principio occurrat, sub quo delitescens emergit iterum, & ad ipsius latus ad carpum usque excurrens in plures surculos dividitur, qui in sinistra vola manus distribuuntur.

Dextero è contra in brachio ut inferiorum Cervicalium Surculi α , in bicipitem O . Pronatorem longum P , externumque brachium N , distributionem delinearet, musculum diduxit Extensorem brevem G . Supra longum extensorem K . Rotundumque H , quos in naturali situ collocatos proponit. In radio tandem sub radio interno Q , emergens observetur brachialium extremus surculus ϵ . Cubiteo externo S , manusque Dorso propagatus. Quos externus sequitur Cubiteus internus R .

Dextero autem in femore primæ sese offert aspectu magnus Cruralium truncus ν , qui ab ossis sacri ramis conficitur. Hic per posticam femoris partem procedens adjacentibus musculis, bicipiti scilicet Zf , ac seminervoso a , surculos aliquot impertitur, donec in poplite disperdatur in alios ramos Hc , qui non musculorum modo superficiem, sed internam etiam illorum substantiam pervadunt: ut in læva parte luculentius demonstratur. Hic tamen d , utrumque proponit gemelli Corpus separatum, ut subiectus soleus e , appareat.

Sinistra è contra in parte post Iliaci externi T , lumbarium propaginibus K , muniti, post periosii ossis Ilii V . Musculi quadrati X . Adiposorumque Cor-

DECIMÆ NONÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Officam hominis partem cum musculis, nervisque in situ spectandis extraque illum positis, supinatique demonstrat. *AA.* Splenii musculi occurrunt, ab occipitis latere disscissi, & utramque in partem diducti, ut excurrentes primi Cervicales nervi per ipsos appareant. *B* Exhibetur & complexus musculus sinistro pariter ab occipitis limite divulsus in latera, quem Cervicalium ramusculi subeunt pervaduntque *B.* Dexter complexus in situ, eoque quo natura donatus est delineatus. *a* Nervosus ramus, & ipse conspicuus primorum cervicalium sursum, & ad latera occipitis deflexus, & usque ad siniput scite protensus. *E* Elevatio, sive apophisis, ubi desinunt ligamenta primæ vertebrae hic tantummodo adumbrata, & in occipit Figure primæ sequentis Tabulae melius insculpta, dentur in extrema, media, & pollica occipitis regione visenda. *FF* Recti, extensores majores musculi. *DD* Recti extensores minores cum superiore obliquo sinistro ad latus hærente. *CC* Inducantur spinati musculi in situ suo, quorum sinister à tribus primarum Cervicalium complicationum nervosis furculis perforatur. *BT. & J J J* Ramusculi alii tres æque nervosi ultimorum cervicalium nervorum propaggines, primique Thoracis, qui supra spinosus apophyses vertebrarum tum Colli, cum Thoracis transversim deducti spinatos musculos irretiunt. *GG* Habes & longissimos dorsi musculos, sexque surculos nerveos, qui illos media in parte pervadunt. Quique transversim profusi sacri lumbi musculos ad latera utrinque subeunt, alii vero supra musculos ipsos longissimos excurrunt. *HH* sacros Lumbos, & aliquando abductos: Latissimi dorsi Musculos *LL*, in apophisibus vertebrarum transversum disscisos, & lateraliter ad homoplati latera reclinos. Nervus ille est cervicalis, & brachialis dexter sub axillam evehctus, & humerum subiens, quique compluribus ramis in musculos post cubitum delineatos implantatur. *K* Extensor longus cubiti ostenditur. *L* Brevisque *M* Brachieusque externus, qui simul inferius glomerati validissimum tendinem constituunt in Olecranon affixum. *N* Cubiteus externus non solum a primordio recisus, sed inferius supinatus ut nervorum brachialium pateret aspectus. *Q* Musculus radieus externus in situ. *P* Pollicis indicisque simul adherentium extensor. *O* Magnus digitorum extensor. Exinde in Femore musculus gluteus major *T.* Ostenditur & minor pariter supinatus, *R* eorumque tendines in magnum trocantera inserti. Apparent identidem distinctæ tres ramificationes a nervo magno crurali *o q*, & radiorum instar minoris glutei substantiam penetrante, ubi in ramos exporriguntur. Minimus in situ gluteus *S*, qui sub memoratis nervis diffusus magnum etiam troncatera invadit. Externus obturator *V*, musculus piriformis a figura audiens. *n* Cruralis magnus nervus ab ossis sacri Caudicibus Nervorum adauctus, & per posteriorem femoris partem ad usque

TAB. XIX.

FIG. I.



VIGESIMÆ TABULÆ FIGURA PRIMA.



Illigentissimi auctoris consilium fuit post ossa sceletus in situ suo ante oculos posita, ut in sequenti vigesima sexta Tabula apertè demonstrabitur, unumquodque illorum extra situm, & separatim ostendere in figuris hisce nullis caracthe-ribus signatis, ideo non mihi captanda videtur provin-cia de illis verbum facere, cum præcipue in 26. dicta Ta-bula hoc opus insumpserim, nihilominus aliqua carptim subnectam.

Musculi duo lateraliter in dorso ejus aspici possunt sacri lumbi cogno-mento, aliquantulum super costarum latera supinati, ut mira nervorum in-tercostalium structura pateat, qui in apophyses spinosas eunt, furculos su-per musculos ipsos diffusos, formant etiam in Occipite, ubi adsunt ligamenta primæ, & secundæ vertebræ feriata. Remoto insuper externorum interco-stalium musculorum ordine, istos internos esse ostendit, qui cum præfatis externè decussantur, oblato quoque repagulo qualibet in parte posteriori fi-guræ hujus ad vertebrarum lumbarium latera peritonei telam ibi manifestat, qui anteriorem in partem continuat cum internis costæ mendosæ intercostali-bus musculis: Ostendit & nervos cruales qui ad illi latera succissi pendent cum musculorum portione ad magni pedis motum facientium. De quibus su-pra fufius verbum fecimus.

FIGURA SECUNDA.

Postica ex parte humerum sinistrum exhibet, & in ipso caput ejus rotun-dum occurrit, quod scapulæ adnectitur, post illum Cervicem ejus spe-ctabis, fixuramque oblongam, ubi tendinum unus locatur, qui musculum bicipitem format. In extremo autem partem ejus extensam intuemur ali-quanto exilem, & latam cum propriis processibus, condilibus nomine, alium-que processum elevatiorem, qui ossi cubito adnectitur, & rotulæ assimilatur.

FIGURA TERTIA.

Os ipsum antecedentis figuræ exponit, sed in hac humerus dexter cum naturali inæqualitate ex interiori parte supinatus videtur, cum eadem, ac descripta summitas ejus sit, partemque ejus inferiorem demonstrat, ita tamen ut pars adnotata cavitatem illam notabilem exhibeat, in quam ossis cubiti, Olecranon vulgo, summitas sese infert, processusque medius, so-ras exporrigatur ad instar rotulæ.

FIGURA QUARTA.

Os cubitum, radiumque, uti naturaliter simul adhærent, delineat, in-terna à facie deflexa utraque, cum longius, magisque externum os cu-
bitum

TAB. XX.

Fig. 1.



TAB. XXI

FIG. I.



III.



V.



II.



III.



VI.



VIGESIMÆ PRIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



Presens Tabula demonstrat sedulitatem omnem Anatomici Auctoris, ut videantur in cerebro nervi egredientes ē spinali medulla intra cranium. Occurrit itaque Cerebrum lateraliter submotum ad duos usque ventriculos, & pedunculos, cum protuberantiis continuum, Natesque ostendit &c.

AA. Laterales tertii ventriculi elevationes ad ipsius latera abscissas intuemur, proinde striata corpora, nervorumque opti-
corum origo patet. *BB* Dura matre spoliatum cerebellum, piaque vestitum in duos distinctos lobos levatum. *CC* Protuberantiæ in situ quæ nates appellantur. *DD* Sequuntur in situ & testes. *HH* Et nervi optici. *I* Nervusque motorius. *E* Integumenta in fronte supinata. *L* Pateticus nervus sinister in situ egregie delineatus. *K* Quintum par, seu gustatorius primus. *NN* Dura matris in situ limbus. *NNN* Cranium transversum recisum. *GG* Cranium dura matre exutum in lamina vitrea ossis frontalis. Cristatum secus os. *MC* In etmoide conjunctum. *F* Temporalis musculus deorsum reclinatus. *OO* Integumenta aliquantum demissa.

FIGURA SECUNDA.

Cranium circulariter recisum ostendit, varias in situ nervosas partes in ipso sitas demonstratura, cum integro Cerebello.

AA. Integumenta sunt, quæ frontem cooperiunt, magna ex parte ab osse avulsa. *BB* Temporales musculi superius pariter ab osse temporali discissi, & lateraliter inflexi. *G* Os etmoides apparet. *Q.* Quinti paris extensio per membranas bulbi oculi excurrentis, et & ramosa exinde extra cranium in frontem abiens. *OOO* &c. Dura mater quæ in girum spectatur, ut facies interna, & externa cum secto medio ipsius duræ matris appareat. Quorum anterior duram matrem exhibet ossa Cranii vestientem, duo autem posteriores per latus, & cerebellum cooperit. *FF* Duræ ipsius matris interna pars, quam ossa Cranii vestire dicimus, in latera extensa. *EE* Cerebellum vide pia matre integre contactum. *DD* Basimque tertii ventriculi, ubi sunt corpora striata, cerebro prorsus amoto, quod illam constituit, ut nervorum opti-
corum thalami, illorumque principium clarius inspicitur. *MM* Habes & nervos opticos a thalamis emergentes posteriorem versus tertii ventriculi regionem divulsos, posteriusque secus cerebellum elevatos. Duo quoque *M*, anteriores opti-
corum ipsorum cohaltum demonstrant messoriam juxta falcem, iterumque exinde inter se partiti, se duos ostendunt dextrum, sinistrumque, ad oculos tendentes, qui duobus in illis globulis adumbrantur litera *CC*. signatis, propriisque integu-

Periol. Explanat.

Hh

mentis

TAB. XXII.

FIGURA. I.



VIGESIMÆ SECUNDÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Dissectum lateraliter ad dexteram Cranium repræsentat, & sub ipso integumentis expoliato Cerebri portionem exprimit, a qua trahit opticus nervus originem.

A Igitur in girum pluries obsignata os explanant, seu Cranium in suas laminas partitum. *BB* Cerebelli laminulæ superficialiter transversumque positæ per gemina sua emissæria, & vasa sanguifera per ipsas laminulas implantata

CC. Dura mater majorem Cerebri partem contegens, cujus & ad sinistram portio progreditur post septum suum ad Cerebellum conveſtiendum. *D* Pars cerebri medullaris posterior membranis exuta. *EE* Thalami seu nervorum opticorum principia ab ipsa medullari parte prodeuntia. *F* Opticorum nervorum coactus, seu conjunctio, *GG* Opticus nervus dexter, lævusque. *H* Nervi optici situs, orbitæ centrum penetrantis, & in quo musculorum ocularium principia ipsi adnectuntur. *ooo* Gustatorius primus nervus, sive quintum par in ramos expansus, & ab orbitæ centro in supercilium pervadens. *III* Musculus pyramidalis palpebræ superioris elevator sub se sublimem musculum retinens. *L* Adducens, seu bibitorius musculus. *K* Indignatorius musculus, seu deducens. *M* Alius obliquus musculus, quem exteriorem vocant. *N* Obliquus internus, seu trochlearis, *PP* Membrana adnata, quæ excisa pro parte inspicitur *Q*. palpebræ superioris pilis exutæ semicirculus. *RR* Cranii inter orbitam, radicesque nasi dissecti pars, ut oculo extra situm posito locus fieret. *S* Communia integumenta.

FIGURA SECUNDA.

Oculum ab orbita detractum, communibusque membranis coopertum visendum proponit adinstar pyramidis.

A. Opticus dexter nervus in Cerebri centro succisus. *B* Situs unde in orbitæ centrum progreditur, & ubi musculi ipsi adnectuntur. *D* Pyramidalis musculus, seu palpebræ superioris elevator. *CE* Obliqui musculi. *G* Superior palpebra inversa. *M* Inferior cum musculo palpebrali. *L* Pili. *I* Cornea membrana. *K* Directio ad pupillæ foramen ducens.

FIGURA TERTIA.

Sinistram oculum cum musculorum ejus portione, adnata, & adipe exutum offert.


A. Sinister opticus nervus intra cranium recisus exhibetur. *C* suus intra orbitam progressus. *II* Pyramidalis musculus superioris palpebræ elevator. *B* Motorius nervus. *D* Trochlearis Musculi progressus, ejusque carnosæ pars.

Petiol. Explanat.

kk

E Tro.

TAB. XXIII.



VIGESIMÆ TERTIÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Qrganum auditorium cum compluribus tum interioribus, cum exterioribus ad ipsum spectantibus figuris coram aponit.

Auris suis cartilaginibus, & semicirculis donata exprimitur, ad ossis temporalis limbum avulsa.

AAA. Semicircularis cavitas vulgo scapha. *BB* Alvearis, seu pinna, suumque ipsius semicirculare principium *E*. Eiusdem extremitas Antitraco adherens. *F* Elix five Capreolus. *CCC*, & Antelix, utrique a cavitate, quam scapham dicunt, divisi. *H* Cavitas, aut concha innominata. *GG* Exterior meatus auditorii directio, ad anteriorem, seu aconchion ducens. *K* Draco, five Hircus. *M* Antidraco. *I* Inter pinnam, & antidraco medians divisio. *L* Alveolus. *N* Lobi principium, *O* ipsius regio anterior. *P* Sua extremitas. *Q* Situsque ubi ad pompam muliebrem gemmæ in ipso suspenduntur.

FIGURA SECUNDA.

IN situ naturali cum musculis suis auris patet.

A Musculus auris elevator. *BBB*. Posterior alæ aliquantulum introrsum inflexa. *L* Antidraco. *V* Exterior meatus, qui ad tympanum ducit. *K* Lobus. *I* Posterior auriculæ pars. *C* Muscularis expansio oblique aurem sursum adducens. *D* Musculi ipsius tendo. *E* Deducens musculus. *F* Tendo ipsius. *G* Alius deducens *H*. ipsiusmet tendo. *TT* Integumenta supra vasa sanguifera reclinata, quæ temporale os penetrant. *R* Zigomaticus processus. *S* Massæteris portio. *NN*. Semicirculus, ossisque temporalis extremitas. *O* Os temporale. *M* Os sinciput dexterum. *P* Integumenta complurimis musculorum frontaliū fibris connexa, quibus Temporalis etiam musculi portio subjacet *Q*.

FIGURA TERTIA.

Os temporale ab aliis Cranii ossibus diductum intuemur, amotumque auriculæ externæ cartilagineum tubum. Apparet & Conchion, seu Cavitas intra notum processum adducens. In ipsius autem cavitatis centro, seu prima cavitate, quæ tympani dicitur, ossicula duo spectantur quæ proximiora sunt tympano, a figura malleus, & incudo audientia, prorsusque visibilia in hujus Tabulæ Figura 18. Videntur similiter ramusculi quidam, quos foras emittit os illud ad latus extremum conchion præfati, suntque nerviculi illi quos duos vocant sanguiferis associati vasis.

FIG. I.



VIGESIMÆ QUARTÆ TABULÆ FIGURA PRIMÆ.

73



Anguifera vasa, ut plurimum venosa designat per corporis superficiem diffusa sub cute, perque characteres, & lineas situs docemur, in quibus incidere per morbos illas oportet.

A. Frontalis vena quæ ramis explicata per verticem progreditur. *B* Unde cucurbitarum ope sive hirudinum in vertice ipso haberi potest sanguinis intentæ exoneratio. *C* medius arteriæ temporalis ramus, qui cum aliis laterali bus

e F. ad capitis dolori medendum, ocularibusque fluxionibus aperiri possunt. *B E* jugularis externæ gemini rami sunt, ut plurimum retro aures hirudinibus aperiendi. *G* Jugularis pariter externæ sinister major est ramus in pluribus capitis morbis solita aperiri. *D* Videmus hic quoque venas duas angulum inter oculi, & nasum, majorem unam a jugulari interna productam, qua ad frontem ferri diximus per sui minorem propaginem ad nasi pinnam extensam, literisque *H.* Signatam, a qua etiam hirudinibus educi sanguis in usu est propter optalmiam &c. Sequitur & vena sublingualis. *L K* Et ipsa internæ jugularis propago, quæ etiam diffusa per linguam, & labium, si secetur anginosi asoniæque morbis proderit. *M M M M M* Lineæ vero hic indicant, humerarias venas facile per phlebotomum aperiri, quæ in brachii flexura mediæ, Cephalicæ. & communisque audiunt; & si opus fuerit aperiri etiam poterunt supra sinistram dexteræ manus carpo. *N N N* Vena deinde sillaris illa est quæ multiplici *N* notatur quæ post cubitum communis superficialia evadens tribus in locis ibi aperitur, sub basilicæ nomine. Atqui salvatellæ in sinistræ manus dorso indicantur. *P Q r*, quæ ab assillari derivantur. *L L* Transeunt autem illæ lineis suis ad vasa pectoris solentque cucurbitulis recidi, præsertim ob dolores pleuriticos, & mammaria exteriora vasa, inferioresque musculi vocantur. Asteriscus * ad sinistram venosam canalem in illi crista ad glutios tendentem designat, uti locus litera. *X* notatus phlebotomiam utilem docet in coxa supra genu, dum Ischiaticis vasis respondet, ideoque Ischii doloribus remedium affertur. *V* Suppoplitea vena ostenditur, quam veteres nostri sapienter aperiebant uti conspicuum certe vas, in quo crassior sanguis est, quia in minoribus semper melior extrahitur, quod cucurbitulis contingit. *T T.* Docemur venam ischiaticam ab ossæ Ischio illuc pertingere, unde prodesse ischii morbo creditur venæ illius apertio. Asteriscus * exinde monet sedales venas in ano aperire hirudinibus profuturum, sicut in scroto venæ illæ seminariæ dictæ *q* incidi poterunt, saltem scarificando in inflammatione scroti, sed cura sit ne in paracentesi Ernæ forentur, *R* Vero commonet interius ad genu posse loco saphenæ suppopliteam venam recidi ob morbos varios, nisi quis malit eam in pede scindere, ubi minores sunt canales *T T* & *S* demonstrati, in quibus subtilior sanguis continetur.

Petrus. Esplanat.

00

FIGU-

T A B . XXV

FIG. I.



FIG. II.



FIG. VI.



FIG. III.




FIG. IV.



FIG. VII.



FIG. V.



VIGESIMÆ QUINTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMÆ.



Ræsentens figuræ nil aliud intuendum exhibent, quam nervorum complexum & spina extra cranium evulsam, quæ quidem spina cum vertebri illam componentibus pariter demonstratur. Atlantica itaque primo apparet vertebra simul & epistrofea, quæ posterius obvertitur.

A. Igitur spondilia bicornia spinosa secundæ epistrofeæ vertebrae sunt. *BB* superiores, lateralesque Atlanticae cavitates glenoides, per quas inferiores ossis lanoidei processus articulantur ad azicon latera. *C* Unionem vide tum internam cum externam, qua vertebrae illæ inter se coalescunt per cartilaginem. *D* Inde & dentatum processum, seu secundæ vertebrae perinoides antierius, interneque sub Atlantica medium intus connexum. *EE* Jamque tibi occurrunt transversii ipsius vertebrae processus non parum elevati. *KK* Foramina illa sunt in ipsis processibus lateralibus cavata, per quæ canales sanguiferi vertebrales excurrunt ad cerebrum. *F* Distæque atlanticæ semicirculus posterior, cui tamen spinosus processus deest. *G* Apparet & magnum foramen azicum, unde spina oblongata manifeste progressus suos conficit. *H* Tandemque se se prodit epistrofeæ latus cum lateralibus bifidis apophysis.

FIGURA SECUNDA.

Elevatas, quas diximus, vertebrae per latus exhibet, ut clarius eorum continentur partes videantur.

A. Itaque processus bifidus spinosus est ad epistrofeæ latus artificialiter expositus. *I* Epistrofeæ pars anterior per latus spectanda. *B* Ovatus sinus, seu cavitas glenoidis atlanticæ, cujus caput cum ipso articulum inuimus. *E* Interior, lateralisque atlanticæ elevatio ad infimam semiovalet, aut glenoidem cavitatem proxima. *D* Perinoides epistrofeæ processus cum atlantica articulatus. *F* Atlantica semicirculus spinis orbatæ ex postica regione. *G* Foramen, quod post azicum interius continuatur in vertebra ipsa.

FIGURA TERTIA.

Anteriorem unius ex quinque lumbaribus vertebrae partem designant. *AA.* Superior vertebrae ipsius pars, quæ circuli cartilaginei opera aliis adnectitur. *B* Pars inferior etiam cum circulo cartilaginoso. *D* Laterales processus. *E* Binique alii processus, qui lateraliter alii vertebrae adherent. *C* Posterior spinosus processus.

TAB. XXVI



VIGESIMÆ SEXTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



IN sceleto quod exhibet, plurimas ossium illud componen-
tium monstrat situationes, quas illi natura mater ad tot tan-
tosque usus aptavit.

Quare futuram coronalem. *A* Spectamus. *B* Os fronta-
le. *Z* Ossisque ipsius, processus sui operâ, cum nasi sum-
mitate unionem. *d* Offeritur, & processus zigomaticus
dexter. *X* Tum & superior mandibula *T*. Cum inferior.

D Ultima cervicis vertebra. *K* Dextra clavicula. *aa* Claviculaeque ipsius
cum acromion, scapula audiente, adnexio. *H* Primum os sterni majus. *I*
Mucronata cartilago, quæ ensiformi etiam donatur figura. Numeri vero *x*
ad duodecim costas indicant, & legitimarum nomine appellatas, quæ scilicet
ad sternum adnectuntur, septem unoquoque ex latere, & illegitimas costas,
seu spurias quinque scilicet sequentes quæ ad sternum non pertingunt & Car-
tilago costarum. *E* Prima quinque lumbarium vertebra, earumque basis, late-
rales apofisi &c. *B* Dextri humeri summitas, seu caput, scapulæ sinistrae
cervici adherens. *b* Scapulæ ipsius sinistrae cavitas, litera *L* adnotatæ *M*.
Humeri pars anterior. *N* Condilis ejus exterior, qui in extremitate ossi radio
adnectitur *f*. Radii apex, tenuisque ejus cavitas, qua condilibus lateralibus
mediisque Humeri unitur. *P* Radii progressus, suaeque media inaequalitas. *z*
Radii medietas, & extremitas ampla *f*. *Q* Cubiti ossis progressus. *C* Cubiti-
que extremitas radio adnexum. *O* Radii extremitas, qui cum cubito initium
carpi efformant. Latus radii apofisus, quo seipsum ad carpi ossa unit *R R*.
Carpi ossa in duos distributa ordines, inaequales inter se, & Anonimos *n. 7*.
SS. Quatuor metacarpi ossa inferius cum suis tuberculis *T T*. Digitorum
ossa triplici ordine donata, quæ dempto pollice a duodecim componuntur,
adeout si tria pollicis ossa adjunxeris, Metacarpo numerato quindecim in-
veniantur. *F* Sacrum os, ejusque pars anterior, aliis unita ossiculis suis,
quæ ipsum componunt. *V V* Illa ossa cava interius. *r* Crista ad ipsorum ilio-
rum dexteram posita. *G* Cocceix aperte in tria ossicula dipartita. *X* Ilii ac-
ceptabulum ischio adherens, pubique, unde femoris caput excipitur. *T*
Os pubes; suaeque ipsius pars anterior. *ii* Femoris caput in cavitatem in-
trusum, ischii cavitatem audientem. *oo* Cervix, seu femoris collum. *dd*
Grantrocantera, seu femoris ipsius apofisus. *e* Ipsiusmet trocantera sinister,
descripto minor. *ZZ* Femoris ad genu progressus. *£* Condilis, seu femo-
ris epifisus qui tibiae summitati adnectitur. *g* Sinister condilis, qui fibulam
respicit. *ff* Rotula, seu scutum genu. *i* Tibiae summitas, latusque ejus apo-
fisus, qui sibi eisdem femoris condiles unit. *•* Dextra fibula, suaeque summitas,
lateralis tibiae externae expansioni se adnectens. *g* Sinistra fibula, suusque ad
talem progressus. *i* Media fibulae dextrae inaequalitas. *I* Dextera ejus ex-
tremitas, quæ & tibiae haeret extremitati, & ad ossis tali latera, ubi sub *n*.

Periol. Explanat.

R r

Ad

TAB

XXVII

Figura I.

Figura II.



VIGESIMÆ SEPTIMÆ TABULÆ FIGURA PRIMÆ.



Nteriorem, lateralemque duorum ventrium muliebrium exhibet regionem, cum partibus cum infimis, cum supremis; extremus vero venter, seu abdomeni apertum apparet, ut suo in situ uterus, & concurrentia vasa conspiciantur.

Quocirca. *R R R* Abdominis integumenta sunt per longum recisa, & lateraliter amota, cum suis ipsius musculis, & Peritoneo. *AA* Gangliiformes, intercostales sunt nervi, eorumque in lumborum vertebris uniones, sepius instar plurimis a ramentis efformatae. *DDD* Nervus ille est gangliiformis, qui tres insignes furculos sinistrorsum expandit, cum laevis uniendos, quique arteriam magnam amplectuntur. *FF* Venosa vasa preparantia, quæ ad uteri ovaria excurrunt. *PP* Lumbares musculi. *E* Magni nervi lumbaris, seu gangliiformis dexter processus in os sacrum tendens. *G* Iliaca sinistra arteria usque ad inguinem per ramos diffusa, quo se se insinuat. *B* Ramusculi sunt gangliiformes ad uterum vergentes. *O* Intestini colon pars prius succisa, quam in posteriori uteri regione rectum evadat. *C* Arteriæ magnæ truncus descendens. Iliacæ ipsius ramus dexter non multo procul a divisione sua discissus, & extremum ad latus reclinatus, qui porro coxæ principium penetrat, ibique cruralis appellatur. *II* Dexteræ, & lævæ iliaca vena, quæ ramis, hypogastricis nomine, inter gangliiformes nervos ad uteri latera extenduntur. *K* Uterus, parsque ejus exterior. *MM* Testiculi muliebres, sive ovaria. *N* Tuba uterina, quæ Falloppiana dicitur. *Q* Mons tandem Veneris supra fixuram magnam in pube elevatus.

FIGURA SECUNDA.

Quidquid in aperto abdomine inuimus, repræsentat, quodque in prima mox explicata fig. demonstratum est, in hac tamen venæ duæ præparantes desunt, cum iliacis, & hypogastricis, quas inter gangliiformes nervos prætergredi ostendimus. Quin & uterus atlantica sui parte apertus conspicitur, ut fœtus appareat, quomodo in ipso novem per menses quibus secunda illum mater gestat, situ donetur. Hæc super hisce tabulis explicabam, & mihi adinveniendis partium nominibus clarissimam prætulere faciem tum aperta ad hoc corpora, cum non satis unquam laudati Bartholomæi Eustachii tabulæ, super quibus integros nuper commentarios, Romæ typis editos elaboravi, & de universa re anatomica si quid plenius Lector desideret, observationes meas consulat jam & ipsas typis mandatas, in quibus quæ hic in genere, & puris rerum nominibus expressa sunt, in illis in specie, & cum omnigena cujusque partis idea enucleata comperiet.